# Heves Megyei Levéltár

# Polgári perek

# IV-9/d/42 No. 707

# 1762

1

+.

Processus Exemtionis

Nobilis Dnæ Barbaræ Szám in A:

Contra

Egregium Josephum Hegedűs velut H. I. Coram Sp[ecta]b[i]li ac Dno Dno Josepho Tárody Subsid[iario] V[ice] Comite A[nn]o 1762. Die 6ba apr[ilis] Levat[us]

Reg. 1762.

N[ume]ro 707.

Amicabiliter Terminatus.

A[nn]o 1764 Die 7a July Acta deb[ito] Eximend[i] Stb. Congregat[ione] Zelad[...] per [...] Moraszim
Christophori Ugronovith

+ 2

# Annô 1762. Die 26a Mensis Aprilis, in Possessione Kólád. d. Cottibus Heves, & Szolnok Unitis adjacen.

## Levata Causa

Nobilis Dnae Barbarae Szám, Prosi, Cond Dni Joannis Fedez Ucterae Viduae ut A.

Contrà, & adversus

Egregium Josephum Hegedüs velut I. Ratione Negotij, in mox producenda Actione uberius declarati, Mota, ac Suscitata; Quâ Occasione:

Pro A. pfata Dna A. Nobilis Paulus Kovács cum Sufficientibus Lgmis ejusdem Pror. Omissis Reservandis Pro-Omittendis, Reservatisque Reservandis Pro-

A. ducit Originalia Actionis Querulosa sub A. Testimoniales super Exhibitione Parium sub

B. B. Literis; Quorum conformitate /: Opriâ solitâ Declamatione :/ jus, & judicium, cum subsequendo reali effectu administrari petit.

Pro I. Pro praetenso I. Legitimus Ejusdem Lgm Nostris Pror. Eg. Paulus Haranikzky praemissa Solenni de non consentiendo, in non consentiendo protestatione Comparet, et gratiter [illegible]

Pro A. Tandem Pars A. ad seriam tam Deceden-tis Inclyti Judicij, quam & Complurium aliorum benè meritorum Virorum Cohortationem, ac interpositionem, Processum praetentem, ergà effectivam decem Cremnicien Aureorum per Partem I. factam Numerationem de Simplici-ter

/. Cassavit, consequenter eandem partem I. ab ulteriori impetitione quietam & absolutam reddidit.

+

Infrascriptus rigore Juramenti attestor et recognosco; Quod ego praeses Spectabilis ac Perillustris Domini Michaelis Nagy de Sa... Sacrae Caesareae Regiae Apostolicae Majestatis Consiliarii, Comitatuum Heves et Exterioris Szolnok Articulariter Unitorum Ordinarii Comitis Judiciariam Commissionem cum Nobili Georgio Laj... Possessionato Nobili Hajoliensi, scripturae signatae Sub Subscriptione Spectabilis ac Perillustris Domini Josephi Fer... dictorum Comitatuum Substituti Vice Comitis binam Procuratoriam ad Instantiam Nobilis Dominae Barbarae ... Perillustris ac Generosi condam Domini Joannis Fer Relictae Viduae emanatam Terminum Diei 26ta Aprilis ad Possessionem Hajos ... in se complectentem Generoso Domino Josepho Hegedüs ... ejusdem Domino in sua Residentionali Domo dictae Possessionis Hajos Die 26ta Martii Anno labentis ... exhibuerim ... praesentaverim.

Super quibus Juris modo per me exhibitis praesentes dedi Literas Testimoniales Sub ... 26ta Apr 1762.

Comitatuum Heves et Exterioris Szolnok Articulariter Unitorum ... Juratus Franciscus Hellebrand

Josephus Faródy de Szécsöd, Inclyti Cottuum Heves, & Exter. Szolnok artic. Unitor. Substitutus V. Comes: Egregiis Uni ex Vs. Dnis Judlium, ac eidem adjungendo Juratori, Salutem, Cum prosperitate.

Querulose Expositum est Mihi, Nomine, et in persona Nobilis Dnæ Barbaræ Szám, Grosi cond. Domini Joannis Fegér Relictæ Viduæ: Qualiter Egregius Josephus Hegedüs in Possessione Szajol, praefati I. Cottib. adjacen. residens, Annô Revolutô 1761. die verô circ. 23a, aut 24a Mensis 8bris, non scitur unde motus, quôve temeritatis ausu ad id inductus, Animô attamen deliberatô, Nocendique /: ut ex actu patrato elicitur :/ Studiô, Domum titulatæ Dnæ Exponentis residentionalem Szajoliensem, solidiori fuste præmunitus, impetuose iteratis vicibus invadendo, et irruendo; Primò quidem in absentia Exponentis, Familiæ ejusdem domum, et Cameras, vi et potentia mediante reseraverit, et excussis ultrô Citrôque angulis, ac recessibus, Servilem Exponentis, ad inferenda eidem verbera perquisiverit; re tamen totum ex voto non succedente, rursus post moram, praesente videlicet jam Dominâ Exponente, tàm in Sane, quàm et praefatam Servilem gravibus, summèque injuriosis Scommatibus /: circa quae in suum tempus Reservatis :/ Congestis; attactum fustem, super earundem Capita attollendo, minaciterque girando, insonti utrique verbera, et perniciem minitatus fuerit; præjudicio Dnæ Exponentis, læsioneque Nobilitaris prærogativæ ejusdem gravibus admodum, et manifestis:

Cum autem Universi actus potentiarij, vigore artor 23. 1613. 4. 1608. 56. 1655. ttor item 67. et 82. Rdi poenaliter interdicti haberentur; Causas verò Violentiar. judicare, dictamine Arti 35. 1729. V. Comitibus competeret: Cuperet igitur eadem Dna

Exponens=

/ Pfatum Egreg. Josephum Hegedüs, sensu pcitatarum Legum, in poena Violentiae seorsiva, ob pdeclaratam nempè reiteratam, Violentam Domûs Dnae Exponentis invasionem; Expensarumqvè in psentem Litem erogandas, ac ubi oportuerit uberius deducendas refusione Convinci et aggravari, taliterqvè debitum jus, ac justitiam realiter administrari.

Proinde Vos, ex debito Muneris vestri, memoratum Josephum Hegedüs, cum assignatione vel transmissione Parium psentium pro Termino Diei 26ae affutur Mens Aprilis cum subseqvend, Anni Currentis infranotati, in Possessionem Zólátó, Repetitis hisce Cottib adjacend, sivè perse, sivè verò mediô lgmi Mandatarij sui Compariturum, Rationemqvè de pmissis redditurum efficacem Certificare Noveritis, Admonendo eundem, quòd sivè Comparuerit modô pviô, sive Non? me attamen id facturum in pmissis, quod juris, et justitiae dictaverit ordo. Gyöngyös die 16a Mens Martij. Annô 1762.